

142.
182.
32
34.

13 1339.

13

Walramum Coloniensem archiepiscopum apud
Brunnam hospitio receptus et honorifice pertractatus.
Tandem reversus in Angliam post modica temporis
intervalla cum magna classe transfretans ad Gallias
dictorum principum Germanie sibi confederatorum
fretus auxilio fixis regni Francie ferro et igne depopu-
lans hostiliter est aggressus. In qua expeditione civita-
tem Tornacensem mundissimam validissimo exercitu
obsidens per aliquos menses ^{et} conclusit obsessam. Sed
propter munitionem eiusdem in obsidione ipsius
non proficiens civitates villas et loca regni Francie
longo tractu percurrens maximam hominum stragem
et vastacionem terre fecit. Abinde pro augmentandis
viribus in Angliam transfretavit. Rex igitur Francie
Philippus ut regressum dicti regis Anglie ad partes
Gallie ^{invidus} ^{invidus} praeveniret, maximam classem videlicet plusquam
trecentarum magnarum navium cum quadraginta
circiter milibus in bellis navalibus exercitatorum de
Italia Hispania Vasconia atque Normannia congrega-
vit, qui inter angustias Anglie atque Gallie circa lit-
tora Flandrie iuxta portum, qui ³⁵ Flusa dicitur, praefati
regis Anglie transitum observabant. Rex autem Anglie
fortitudine tante classis non perturbatus, licet cum
longe minori classe transitum suum disponens et

1340 iun. 24.

m⁴) per 27 ebdomedas 2.

35 Flus.

¹) Bellum regis Anglie nava-
le in porta Fluse in marg.
³⁵

mm/